



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Vndecimvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

M. L. SER. DE VIRTU. EXCOMMVNICA.

Ecclesia, quia manet Christus eius sponsus in æternum,
V N D E C I M V M.

In excōmunicatione iniusta summe cauendū, ne id deser-
ras, omittas, facias, dicas, pro quo excōmunicaris, nisi id si-
ne peccato fieri possit. Nam iustitia & ueritas, cū sint de inte-
riore cōmunionē Ecclesiæ, nō debent omitti propter excō-
municationem, exteriorē, etiā si ad mortē usq; procederet
quia sic pessime oīm excōmunicaretur, si quis excōmunica-
ri timeret. Debet ergo humiliter ferre, & mori in excōmuni-
catione. Nec timere qd non accipit sacramentū Euch aristic
funeris ritum, sepulturas &c. Hæc incomparabiliter minora
sunt, q̄ ut iustitia propterea prodāt. Nam qui etiā iuste excō-
municatus, moritur, nō ideo damnabit, nisi forte nō contri-
tus, & cū contemptu excōmunicatiōis moreret. Contritio
& humilitas omnia soluit & placat, etiā si exhumet, aut in a-
quas proijciatur. Beatus aut & benedictus, qui in excōmuni-
catione iniusta, mortuus fuerit, quia pro iustitia, quam nō
deseruit, etiā tanto flagello percussus, coronabit in æternū,

D V O D E C I M V M.

Monendī tamen sunt Pontifices, & eorum ministri, ut cen-
suras grauatim, & q̄ fieri potest, rarissime ferant. Quia cum
censura sit lex quædam, omnis autem lex sit uirtus & occa-
sio peccati, & sine gratia dei, lex non impleatur, gratiam eti-
am dei (id est, legis impletionem) dare ipsi non possunt, ni-
hil aliud faciunt, multiplicando leges & censuras, quā quod
multiplicandorum peccatorum, & offensionum dei, causas
& efficaces occasiones præstant, quantumlibet enim nos o-
bedire tenemur eorum præceptis, multo magis tamen ipsi
tenentur seruire nostris infirmitatibus.

Sermonis de uirtute excōmunicationis a R. P. D.
Martino Lutherio habiti,

FINIS.